nr. 3204.
fol. 109

Chronicon universale Cisterciense.

Incipit nobilium historiarum . . . . . .
apythoma tam in Testamento veteri quam in novo,
cuius primum capitulum prohemiale de modo
et forma et fine operis.

MONUMENTA GERMANIAE

Progreditur[b], ~~[illegible]~~ quasi aurora consurgens pulchra ut ~~[illegible]~~ luna, electa ut sol, terribilis ut ~~ex~~ castrorum acies ordinata, Cant. VI° Sermone XI/ super Canticum ait Bernardus]: In anima tria intuor, intelligentiam, voluntatem et memoriam, quarum unicuique horum devit de sua perfectione sentit omnis qui ambulat in spiritu. Nam ratio in iudiciis separione fallitur, voluntas quadruplici perturbatione iactatur, et memoria multiplici oblivione confunditur. Hoc triplici vanitate vehicitur nobilis creatura. Sed qui replet in bonis desiderium anime, ipse futurus est rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memorie continuatio eternitatis.
Interim autem dum in hoc corpore peregrinamur a Domino et ambulamus per fidem et non per speciem, II. Cor. V: In hac colectione ratio contra ignorantie cecitatem, sapientialis lucis multiplicatis radiis illustratur, continetur enim in ea sacre scripture hystoricus sensus et spiritualis interdum, multorum quoque doctorum tam catholicorum quam etiam mundanorum doctrina mirabilis, que abscondita produxit in lucem. Unde: Progreditur quasi aurora consurgens. Voluntas autem contra perturbationum inquietudinem consequitur pacis quietem. In hoc enim opere pertractatur diversorum e moralis doctrina, exempla quoque patriarcharum et prophetarum, apostolorum, et martirum, anachoritarum, confessorum et virginum, quorum diversitas pulcre in lune varietate notatur, unde dicitur: Pulcra ut luna. Et quia ex hiis via datur ad vere pacis dulcedinem, dicitur: Electa ut sol. Sicut enim dulce est lumen et delectabile oculis videre solem, sic piam affectum demulcent exempla sanctorum.

a) circa 1 Mock diuq. [illegible] puncta

b) Vi. Initiale fehlt, ~~[illegible]~~

c) per voluntatem c.

~~nobilis~~ nobilis

c) speciem

d) mundan.

e) diversorum c.

f) confess.

g) m. d. Gudrikij

~~h) una vox legi nequit~~